



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

57. An servi sint irregulares? Et an si Episcopus alterius servum scienter ordinaverit absente, vel ignorante Domino servus fiat liber, & Episcopus duplicatum Domino pretium reddere teneatur? Et an ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

ascendant. Ve verò in susceptis ministrent poterit, post peccatam poenitentiam, dispensationem concedere, si delicta, ex quibus infamia contracta est, sint adulterio minora; vt colligitur ex c. *At si Clerici*, §. de *Adulteris*, titul. de *iudiciis*, & tradit Pannorm. c. *Cum eo*, num. 15. de *Sentent. & re iudicata*. Vide etiam Molinam, *trakt. 4. disput. 10. num. 6.* Avilam *part. 7. disp. 4. dub. 5.* & Henriquez, *lib. 14. cap. 5. num. 5.*

10. Et tandem, quoad quartum dictum Bassæi, assero, cum ipso sentire Bonacinam de *Sacrament. disput. 7. quæst. 3. punct. 1. numero 6.* nam non obstat, quod infamia juris non tollatur per poenitentiam: ergo neque per baptismum: cum ratio dicta de baptismum militet etiam in Sacramento poenitentiae. Respondendo enim negando consequentiam; nam plures effectus producuntur per baptismum, quam per poenitentiam: nam baptizatus, si statim suscepto baptismum, moriatur, migrat in celum; cum per baptismum tollatur omnis reatus, non verò per poenitentiam: nam sublato reatu poenae aeternae remanere solet reatus poenae temporalis; vt constat ex dictis de poenitentia: consequenter mirum non est, si per baptismum tollitur infamia juris, non verò per poenitentiam. Verum hæc opinio mihi non placet; & illam reprobat Cornejo in 3. *part. D. Tuoma tractat. 5. de irregularit. disputat. 8. quæst. 5.* & alii; quia per baptismum non tollitur infamia juris saltem civilis: unde si Iudeus Romæ, aut Turca in Hispania esset per sententiam Iudicis publicè propter furtum flagellatus, quamvis postea baptizaretur; maneret nihilominus infamis, & inhabilis ad actus civiles; si esset condemnatus ad tritemes, non liberaretur per baptismum, nisi adesset Principis dispensatio; ex quo fit, vt etiam maneat infamis infamia canonica, irregularitatem inducente, ex illo principio generali, quod omnis persona infamis iure civili, est etiam infamis iure canonico. Vbi advertendum est, doctrinam hanc procedere solum in illis Iudeis ac gentilibus, qui subditi sunt Principibus Christianis, & per omnes leges civiles talem infamiam ante baptismum contraxerunt: secus autem in illis, qui in propriis Provinciis infidelium degentes juxta proprias leges infames erant: nam isti illicitè ac baptizantur, infamiam illam amittunt.

RESOL. LV.

An damnatus ad tritemes efficiatur irregularis?
Idem est de poena infamia. Ex p. 4. tract. 2. Ref. 83.

§. 1. **H**ic casus frequenter potest accidere, & de illo interrogatus fui propter quemdam Religiosum, qui cum abjurasset in nostro sacro tribunali inquisitionis, & fuisset damnatus per triennium ad remigandum, postea elapso tempore & ad Religionem reversus, Superior putabat supradictum esse irregularem, & tunc negativam sententiam probabilem esse dixi. Et ita docet Riccius *decis. cur. Neapol. part. 1. decis. 119.* & Homobonus in *consultat. casuum conscient. vol. 1. part. 4. respons. 158.* nam irregularitas non contrahitur nisi in casibus à jure expressis, quod idem dicendum est de poena infamiz, ex glossa in *cap. infamibus*, de *reg. juris in 6.* Sed nunquam legitur condemnatum ad remigandum contrahere infamiam, ex Bortello *consil. 52.* & aliis. Ergo, &c. quæ omnia notent Confessarii, nam hi casus sæpè in praxi accidunt, unde cum Riccio *ubi supra*, dicendum est non bene secundum hanc sententiam quemdam Provinciale Religionis voluisse

Tom. V.

excludere, ab electione Capituli Monachum olim condemnatum ad tritemes.

2. Non desinam tamen hic adnotare affirmativam sententiam docere Barbofam de *potest. Episcoporum part. 2. allegat. 43. num. 15.* Lezanam in *summa*, quæst. *regul. cap. 16. v. 32.* & Campanili in *diver. jur. canon. rubr. 11. cap. 18. m. 16.* & segg. cum aliis asserentibus damnatos ad tritemes esse irregulares, unde utramque opinionem puto probabilem esse.

RESOL. LVI.

An Æthiopes sint irregulares? Ex part. 4. tractat. 1. Refol. 84.

§. 1. **N**egativè respondet Majolus de *irregularit. lib. 1. cap. 21.* Sed hanc sententiam Vgolinnus *trakt. de irregular. cap. 50. num. 4.* veram censet inter Æthiopes, nam leprosus inter leprosos admittitur, secus autem inter nos, horrorem enim generant; opinio tamen Majoli locum habere posset, ubi paululum niger esset. Ita Vgolinnus.

2. Verum sententiam Majoli in favorem Æthiopum absolute tenet novissimè Bartholomæus Gavantus in *enchirid. Episcoporum. ver. irregularitas, num. 18.* & mihi satis probabilis esse videtur.

RESOL. LVII.

An servi sint irregulares?
Et an si Episcopus alterius servum ordinaverit absente, vel ignorante Domino servus fiat liber. & Episcopus duplicatum Domino pretium reddere teneatur?
Et an servus, si sciente, vel non contradicente Domino Ordines recipiat, fiat liber? Ex p. 7. tract. 7. Ref. 54. alias 53.

§. 1. **R**espondeo affirmativè: unde adducam etiam hic verba Villalobos, qui summam omnia observat circa præsentem questionem, sic enim ait, in *summa. tom. 1. tractat. 14. diffin. 36. num. 1. & 2.* [Los siervos, o esclavos son irregulares, como consta de muchos textos. La razon desta decision es, por que los que han de ser del gremio de los Ecclesiasticos, no han de ser esclavos de otros. Y ansi esta irregularidad no nace de la vileza de la persona, porque si le dan libertad, se puede ordenar, sino solo del estado presente.

2. Hæc de advertit, que como esta irregularidad dura tanto, quanto dura la servidumbre, y no mas, puede el señor quitarla, dando à su esclavo libertad expressemente del todo, como dize vn texto, o dándole libertad, con que diga Missa por el, que este bastaria como fuesse con autoridad del Obispo, como consta de un texto, o remitiendole las obras fabriles, o artificiales, como es arar, y plantar, o otras semejantes, como dize Abad, y puede esta dispensacion hazerse tacitamente, si el siervo se ordenasse sabiendo el señor, y no lo contradiziendo, como prueba vn texto, porque callando, es visto consentir, conforme à una ley, y mucho mejor, si expressemente consiente, que se ordena, todo lo qual ha lugar, aunque el siervo se ordene solamente de Ordenes menores, como dizen Sylvestro, Navarro, y Vgolino: el qual dize que es lo mesmo, aunque al principio no lo ya sabido el señor; si despues sabiendolo no contradixo dentro de vn año, como consta de vn texto, y es la razon, porque callando por tanto tiempo, ya es visto consentir. Ita ille.

V 2 3. Vide

3. Vide etiam circa præsentem quæstionem Bau-
nium in *Theol. Moral.* tomo 2. tr. 1. q. 42. Marchinum
de *Sacram. Ord.* tr. 1. part. 10. cap. 3. num. 1. ubi asserit:
quod servus ordinatus nesciente, aut contradicente
domino, deponitur, cap. *servorum, de servis non or-*
dinand. cap. *Servi, 6. Nulli de servili, c. Quicumque cap.*
de servili, c. Nullus Episcoporum, dist. 54. Quæ do-
ctrina accipienda est cum hac distinctione. Si servus
iste domino ignorante, vel contradicente, solis mino-
ribus initietur, debet, sicut prius inservire: Si verò
maiores Ordines receperit, jus retinet, ut dato pretio,
vel simili servo fiat liber. Interim verò, etiamsi esset
factus Sacerdos, debet servire in iis, quæ Sacerdotalem
statum non dedecent. Navarrus in Man. c. 15. n. 103.
§. 16. Henriquez de Irregularitate, cap. 8. n. 7. Avila
de censuris, part. 7. disp. 3. dub. ult.

4. Quod si Episcopus alterius servum scienter or-
dinaverit, absente, vel ignorante domino, servus fit
liber; sed Episcopus duplicatum domino pretium
reddere tenetur, c. *si servus absente, dist. 54. cap. per*
venerabilem, vers. Præterea, qui filii sui legiti. Item
si servus, scienter, vel non contradicente domino, Or-
dines recipit, libertatem secundum omnes consequi-
tur; sed circa præsentem quæstionem ne deferat vi-
dere Avilam de *Censur.* part. 7. disp. 3. dub. ult.

RESOL. LVIII.

An qui cedit bonis, fiat irregularis?

Et quid, si cessio sit ignominiosa?

Et inter alia, qua pro irregularitate ex infamia docen-
tur, tandem advertitur, quod istius fustium per se non
infamat, nisi quando ex causa famosa quis fustibus
caditur, neque enim omne turpe factum infamat, sed
ad solum turpe famosum, quod jus notat. Ex part. 7.
tract. 8. Resol. 22.

§. 1. Licet cessio bonorum non careat fugillatione,
ut patet ex *Novella 135. c. 1. §. 1. Instit. quibus*
ex causis manumitt. tamen bonis cedentes dicendum
non esse irregulares, quia non sunt infames, nec talis
cessio infamiam irrogat, ut habetur in l. 1. c. ex quibus
caus. infam. & l. ult. c. qui bon. ced. poss. & docet Tho.
Maulius tract. de cess. bon. tit. 6. n. 7. & Vltic. Hunnius
in *Encyclop. jur.* part. 2. tit. 27. n. 16. ubi citat Straccham,
Menochium, Paponium, & Brunum.

2. Sed difficultas est, de his qui cedunt bonis
cessione ignominiosa, & affirmativè respondet Majolus
de *irregular.* lib. 2. cap. 11. num. 16. ubi sic ait:
Quæ omnia vera esse intelligo in cessione, juxta cap.
Odoardus, at in cessione ignominiosa, quæ in secu-
lari foro fieri consuevit, si quis eo modo cesserit di-
xerim eum non admitti ad ordines, sicut nec reli-
quos infames. Ita ille.

3. Sed ut verum fatear contra sententiam Majoli
habeo difficultatem; nam certum est, ex c. is qui, de
sent. excomm. in 6. quod nulla irregularitas incur-
ritur nisi sit in jure expressa: sed ego non invenio
textus imponentes irregularitatem cedenti bonis ces-
sione ignominiosa. Ergo.

4. Dices adesse jura, quæ asserunt infames non
esse ordinandos. Respondeo cum Marchino de *Sacr.*
Ordinis, tr. 1. part. 10. cap. 4. num. 4. & aliis commu-
niter; quod infamia inducens irregularitatem est tri-
plex juris, facti, & artis ignominiosæ. Infamia de
qua loquimur non potest oriri ex arte ignominiosa,
quia cedens bonis nullam artem exercet, neque exer-
cuit. Non ad infamiam facti, quæ ut talis sit, debet
oriri ex delicto ut omnes consentunt; sed cedens bonis
cessione ignominiosa nullum committit delictum,

sed vitur beneficio legis. Et tandem infamia hæc
non potest dici infamia juris, nam in nulla lege talis
infamia invenitur irrogata: Ergo ex nullo capite ce-
dens bonis cessione ignominiosa videtur irregularis.
Nec obstat, quod tales infames existimantur, nam ex
opinionem hominum non potest irregularitas, nam ex
alioquin etiam viri nobiles recusantes acceptare ducl-
lum, essent arcendi à sacris Ordinibus tanquam irre-
gulares ut plurimum, vel qui invenit sororem cum
amatio, & injuriam condonavit, non posset Ordini-
bus initiari. Igitur infamiam inflatam à legibus, &
non ex existimatione hominum dicendum est irre-
gularitatem irrogare.

5. Confirmantur supradicta ex auctoritate Baldi in
leg. *Debitores Cod. ex quibus caus. infam. irrogatur;* ubi
docet cessationem ignominiosam irrogare infamiam.
Facit etiam doctrina Ludovici Gishufen in *Arbre*
Judiciaria Criminali c. 1. n. 7. & 8. ubi docet, quod istius
fustium per se non infamat, nisi quando ex causa fa-
mosa fustibus quis caditur, neque enim omne turpe
factum infamat, sed id solum turpe famosum est,
quod jus notat, atque adeo ut maxime quis opinione
hominum laboret, infamis tamen non est. Hæc ille,
quæ multum confirmant nostram sententiam. Sed
hæc omnia disputationis causa dicta esse volo: Ideo
tu cogita; Et quidem Cardinalis Tufchus rom. 1. cor-
clus. 227. num. 7. putat cessationem ignominiosam in-
ducere infamiam facti, si non juris.

RESOL. LIX.

An qui laqueo se suspendit, & impeditur ab aliis non
moriatur, maneat irregularis? Ex p. 4. tit. 2. Ref. 76.

§. 1. Videtur negativè respondendum, quia con-
tra Majolum de *irregul.* lib. 5. cap. 48. num. 5.
secutum glossam ultimam in cap. perniciosa, de penit.
dist. 1. irregularitas imposita est homicidio voluntario,
& non attentato; ergo quamdiu quis non moritur,
licet se lethaliter vulneret, non erit irregularis, pe-
næ enim extendendæ non sunt, sed potius cor-
standæ ad proprietatem verborum legis: sed hoc
accidit in casu nostro, quia talis venit tantum in
actum proximum homicidii, illudque solum atten-
tavit: ergo, &c.

2. At his non obstantibus Petrus Cornejo in 3.
part. D. Thom. tract. 5. de irregularitate, dist. 1. dub. 2.
quest. 4. num. 1. putat talem manere irregularem, non
ratione homicidii attentati, sed ratione delicti enor-
mis infamiam inducentis; sed tu cogita.

RESOL. LX.

An Damoniaci, Energumeni, Arreptitii sui irregu-
lares, si omnino à vexatione Damonis liberati sunt?
Et notatur, quod Damoniaci post Ordines susceptos illi
abstinere debent; ubi tamen curati fuerint iudicio Epi-
scopi & unius anni spatio liberi, poterunt sua officia
repetere.

Et quid est dicendum de amentibus, etiamsi amentia non
sit perpetua, sed ad tempus?

Et an in hac irregularitate possit Episcopus dispensare
non solum in Ordinibus susceptis sed ad alios susci-
piendos.

Et notatur amentem Ordinatam, si non licitè, tamen va-
lidè Ordinari.

Et tandem docetur, quod in Sacramento Baptismi, &
Ordinis non requiritur consensus aliquis de neces-
sitate Sacramenti. Ex part. 11. tractat. 2. & Misc. 1.
Resol. 67.

§. 1. Affi